

disciplina habet, et multa etiam centuriones tribunosque tantum iuberi expediat. Si (idell. Non) ubi iubeantur, quarere singulis liceat.

26 His ergo claret propositum. Iacobus quia cum lacte biberat fidem, agnoscebat Deitatem: verum nec umbram viderat ex his quae preparavit Deus diligentibus se. Modò visione facta, audita promissione divina, evigilans dixit: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Quam terribilis est locus iste! Non est hic aliud nisi domus Dei & porta caeli. Cognoscebat per fidem, & ex generali providentia Deum, handquaquam per aliquam speciem umbraticam malefacti & gloriae. Desideraverat, ut decenter degeret, nec divitias nec pauperatē: vestem scilicet, victum & incolumitatem in peregrinatione, quod quidem votum undecumque rationale; quippe gravia pati refugit natura, & carentia harum rerum omnino gravis. Ceterum visā similitudine gloriae votis se exiit caducis, & in altiora elevavit animam, praecognoscens non esse condignas huius temporis passiones ad futuram gloriam revelandam: unde ductus specie visionis dicit: Numquam iustus derelictus, nec semen eius querens panem: panem in victum operabam, vestem in corporis tegumentum, custodiam in vitam salutem, quae quidem impetrare conabar à Deo, qui dat omnibus affluenter: verum modò visis visis, quamvis Deus permittat in via plura pati, & etiam mori, quamvis concessa vitā non dederit mihi panem ad vescendum, neque vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum, qui indulget suos servos premi in terra crebris persecutionum ictibus, ut collocet in caelestibus

Visi celestium, paene vel maxime abdicantur.

1. Cor. 4. 11. Hinc Paulus 1. Cor. 4. 11. Usque in hanc horam (ait) & esurimus & sitiimus, & nudī sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus :: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma usque ad huc. Nil interest, quod ita sit, modò servemur in gratia eius qui dilexit nos. Quid poterat dicere, qui quae viderat, viderat, elevatus usque ad tertium caelum? Poterat separare prius, uti fragiles homines, terrena sapientes (maximè eum, uti dicit Ethicus lib. 2. Hist. natur. cap. 7. invenit ipsa mortalitas Numen, quominus etiam plana esset de Deo concitatio.) mala ingruentia, tribulationi, angustia, fames, nuditas, periculum, persecutio, gladius: ceterum modò. Certus sum (inquit ad Rom. 8. 38.) quia neque mori, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque infantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit separare.

Plin. Rom. Pauli amor quantal

Daniel: Amore in Deum lanquet amor vieg. Hebr.

Votum insignē Iacob.

S. Ignatius mirè illustratus à Deo vel in initio conversionis.

Qui verè beatus? Horat.

27 Hinc Paulus 1. Cor. 4. 11. Usque in hanc horam (ait) & esurimus & sitiimus, & nudī sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus :: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma usque ad huc. Nil interest, quod ita sit, modò servemur in gratia eius qui dilexit nos. Quid poterat dicere, qui quae viderat, viderat, elevatus usque ad tertium caelum? Poterat separare prius, uti fragiles homines, terrena sapientes (maximè eum, uti dicit Ethicus lib. 2. Hist. natur. cap. 7. invenit ipsa mortalitas Numen, quominus etiam plana esset de Deo concitatio.) mala ingruentia, tribulationi, angustia, fames, nuditas, periculum, persecutio, gladius: ceterum modò. Certus sum (inquit ad Rom. 8. 38.) quia neque mori, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque infantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit separare.

28 Prosperitas mundana ab omnibus cupita; sed qui fide imbuti, vel in ipsis tribulationibus cogitant superiora. Itcirco tres pueri nolentes adorare statuam vel parulo ore fornacis, dixerunt Regi: Ecce Deus noster quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ò Rex, liberare. Quòd, si noluerit notum sit tibi Rex, quia Deus tuos non colimus. Ita Daniel. 3. 17. Haud de vita caduca satagimus; sequemur fidem, sive Deus quem colimus, liberet, sive non: igitur si noluerit, melius, licet nobis nescientibus, providebit. Explicat Paulus ad Hebr. 11. 36. Alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, scissi sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis, in pelibus caprinis, egent, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terrae. Hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.

29 Iam didicerat Iacobus factā mirabili visione, altiora petere, & secretiora de eius ineffabili & infallibili providentia cogitare. Cognoscebat Iacob Deum fide, & etiam providentiā, qua cuncta dirigebat in hominis felicitatem; sed ignorabat carere humana felicitate, esse felicitatem maiorem, Deo pro nobis melius aliquid providente. Vidit insignem visionem, ac gradus quibus pervenitur ad beatitudinem: & quasi ex abrupto dixit: Semper persitiam in fide eius, quem à primoribus unguibus Deum credidi, licet mihi panem haud largiatur in escam, nec suppeditet vestem in nuditatem. Quadrat ad unguem quod Beatus Ignatius, donatus à Deo, vel in initio conversionis, illustrationibus miris, dicebat: Si Sacra littera non extarent, se tamen pro fide mori paratum, ex ijs solum, quae sibi Manifesta patefecerat Dominus.

30 Quid quòd dicant fide & illustrationibus insignes, dum cognoverunt vel Ethnici: Horatius lib. 4. Carmin. Od. 9. v. 45. canit: Non possidentem multa, vocaveris Rectè beatum: rectius occupat

Nomen beati, qui Deorum Muneribus sapienter uti, Duramque callet pauperem pati: Peiusque letho flagitium timet.

Magnae divitiae leta paupertas, ampliores verò, si voluntaria. Quis ignorat (ait Seneca de Vita beat. cap. 10.) plenissimos esse voluptatibus vestris sultissimos quoque: In primis insolentiam, & nimiam estimationem sui, tumoremque elatum super ceteros, & amorem rerum suarum caecam & improvidam; delicias fluentes, ex minimis ac puerilibus causis exultationem, iam dicitatem & superbiam contumelias gaudentem, desidiam, dissolutionemque animi indormientis sibi :: Tu voluptatem complecteris, ego compego. Tu voluptate frueris, ego utor. Tu illam summum bonam putas, ego nec bonum. Tu omnia voluptatis causa facis, ego nihil. Plinius lib. 1. Epist. 3. loquens de abstractione rerum feliciter dixit: Si te possidet, felix beatusque es: sin minus, unus è multis. Reliqua rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur, hoc nunquam te desinet esse. Pluribus superfedo, quippequam obvia studioso.

31 Haec satis pro voto insigni Iacob, ut amor eius notetur insignis. Hoc illius intentum, nequaquam caducum commodum: patet ex eo quòd tot devoraverit erumnas perpetiendò crebras penas. In Versionibus ferè cuncta synonyma. Si Deus dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum. Persic. Rabb. Ionath. & alij: Vestem in tegumentum, in indumentum, ad vestiendum &c. Studeamus ergo in Didasc. ut induamur virtute ex alto.

Magna divitiae leta paupertas, maxime si voluntaria. Senec. Voluptas mundi nonumfuit in sultibus. Abstratio à caducis vera felicitas. Plin. Versio neta.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

- 1. Vestimentum ad induendum: vestis incluta fides, verum non vestis sine veste operationis.
2. Vestimentum ad induendum: sefo induit quisque quo pauperem vestit.
3. Vestimentum ad induendum: quippe non induit vestimentum, si non proprium.
4. Vestimentum ad induendum: quoniam affectio in sententijs denudatur, ubi iustitiae velle, ne pateat, magis induitur.
5. Vestimentum ad induendum: etenim de-

tractor non habet ut signet occulta bona; sed ut clarescant vulnera.
6. Vestimentum ad induendum: siquidem tunc vestis decore induitur, dum induitur & ad gratiam & ad gloriam.
7. Vestimentum ad induendum. Amplior vestimenti amoris rutilat speciositas, si appareat nuditas.
8. Vestimentum ad induendum. Homines vestiuntur in carnis auctoritatem: Martires verò nudantur in splendorem.

DIDASCALIA PRIMA.

Parùm refert vestitus fidei sine vestitu operis:

Gregor. Magn. Match. 22. 12.

Genes. 28. 20. Vestis fidei dumtaxat, nō est vestis.

Ovven.

In Nō Gregorius Magn. Homil. 38. in Evang. Hinc detruditur in tenebras, qui habebat vestem, & non habebat nuptialem. Vestis est fides, operatio cum fide vestis nuptialis: & quasi nudus plectitur, dum fide ornatus dumtaxat inventur; quippe licet haberet fidem, nullam in fide habebat operationem. Vestimentum ad induendum optat Iacob. Ad quid ergo vestimentum? Non induantur qui tantum ornantur fide: peiusque Iacobus vestimentum ad induendum, ut habeat vestem: igitur nullam habebit, nisi cum fide habuerit operationem. Canit Ovvenus lib. 3. Epigram. 11. Nil sensus ratione carens, ratio fidei expertis, Nil sine amore fides, nil amor absque Deo.
2 Si tamen vestiti non nudī inveniamur: ait Paulus, cum nos oporteat praesentes esse ante tribunal Christi. Huiusmodi periodus potius quam sententia, videtur aenigma. Quis namque si veste ornatus, potest inveniri nudus? Erit & non erit vestis, ubi cum illa pudet nudicari. Non erit, quia nudus; & erit, quia vestitus. Qua ergo lege homo veste decoras, & simul nudus? Si habuerit fidem, & fidei respondentem abderit operationem. Ut vestis fidei vestis sit, indiget alia veste, quae quidem opus, ne appareat homo cum indumento nudus: & dicit Paulus, Vestiti & non nudī, ut cum fide dara nequaquam vacemus ab operatione: igitur nullo modo nanciscemur optabilem felicitatem, dumtaxat per nudam fidem.

2. Cor. 5. 3. Sed cum veste operationis. Non abinetur gloria fidei nuda.

Ope.

Agg. 1. 4.

Fide nuda frigit animam.

Fide habet, quia si non habet.

Per fidem infatigabiliter mysteria cognoscimus. 1. Cor. 13. 12.

Que fides vera, et fida.

Operis vis; & non estis calefacti: dicit Aggeus. Induitur vestimentum in calorem: quomodo frigent, quasi parentur nuditatem? Quia fides nil sine amore. Amor est ignis, fides autem fulgida vestis. Amor cognoscitur per exhibitionem operum: & non sunt calefacti, esse habuerint fidei vestimentum; quippe cum deficiat opus, homo nudus. Quid mirum, quod patientur nuditatem, si in velle non habent vestem? Operi sunt fide, verum nuda; quippe ommissa fuerunt opera. His calet fides, fidei calore homo. Friget anima fide nuda: & non sunt calefacti qui fidei nudae acceperunt vestimentum, quia in calorem omiserunt fomitem operationum. Vestis potest esse niva: at si nivis, non est vestis: & nullo modo sunt calefacti, qui fidei vestem dumtaxat induit; quippequam in calorem non accipit vestem, qui induerit nivem. Ipsa fides esse pulchra, sine opere manet informis: est cadaver pulchrum, sed cadaver. Mortua est anima hac sola non calefit: & qui illam ut vestem habent, profecto frigent; quia non habet vestem. Fides sine operatione potest esse, sed non potest prodesse. Utilitas astruit existentiam, & motus exprimit vitam: fides sola mortua est. Est cadavere quid? Sine fide nulla vestis. Nulla sine utilitate. Unde qui fidem mortuam habet, omnino friget; quia illam habet, quasi non haberet.

Intende in celebrem sententiam Pauli, ut recte ambulamus qui ambulamus per fidem & nequaquam per speciem, ac per bona opera certam faciamus nostram vocationem. Videmus (inquit) nunc per speculum in enigmate. Enigma obscurus sermo est, speculum verum perspicuum: iungiturque Paulus in mysteria fidei obscuritatem & claritudinem; quippe per fidem Catholicis quodlibet obtusissimum mysterium magis clarum, quam si videremus per speculum.

Ad rem ergo: fides igitur a Paulo confertur speculo. Cur enim non assimilatur persulgenti crystallo? Ut constet quae fides Catholicæ congrua, & quae fides vera & fida. Crystallus esse pellucida nihil, vel si aliquid, confusè omnino obiectum representat. Ut clarè signet quodcumque obijcitur, argento vivo eius planties artificiosè obtegitur: & Paulus meditante speculo confert fidem, respiciens dumtaxat crystallinam claritatem; igitur nihil omnino representat fides, dum abest a fide argenti vivum affinis operationis. In speculo videtur, quicquid obijcitur: & tunc fides designat verè fidelem; dum per operationem Catholicis veri representat imaginem, quæ tantum cognoscitur

viva per operationem: quandoquidem quod verbis homines credunt, operibus contradicunt; & quam cœlestem habent de Divina maiestate notitiam, operibus planè negant.

Uterius. Fides ex auditu. Quid ergo habet cum speculo? Vos congruit auribus, speculum verò luminibus. Quo ergo pacto fidei speculum lucidum, dum argumentum exponitur non apparentium? Ut clareat verè ac integrè fidelis inter eos qui gloriantur solummodo prolatione confessionis. Fides est ex auditu, & à Paulo signanter describitur in speculo; quippe fides plena & viva non tam cognoscitur in hominibus per quæ audiuntur, sed per quæ videntur.

Clarius. Fideles tantum per fidem sunt nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, & clare dissipantur. Statua pulchra, sed statua, totum vox, nihilque præterea. Unde Echo, & aprè, similes, quippe tota subsistantia voces & voces.

Reddere de multis ut verba novissima possent.

Speculum representat etiam motus. Proinde. Ovvenus lib. 2. Epigram. 214. inquit: Fingere non Phidias, nec Apelles pingere motum

Novit: tu Phidia plus & Apelle facis. Plus valet, quippe motum ostendit: motus vitam obiecti speculo præ se fert: & speculum signatur, ubi fidei sermo fit; etenim tunc claret quasi in speculo fides, dum resonantem in fideli expriment operationes. Canit Arator lib. 1. in Apost. Act. v. 845.

Dedita causis Vita pijs sacravit aquis, capique gerendo Credere, qui gessit, quicquid baptismate lotis

Consuevit præstare fides.

Hec Theologica virtus dicitur margarita à Guiljelmo Helio lib. 1. Sac. Embl. Ros potius videatur, quoniam de cœlo descendit, & ab illo in margaritam materiam congerit: at non dicitur ros, sicut ex rore margarita fit; quippe fides nullo modo quamvis de cœlo pretiosa, ni in mundo sit margarita. Ratio lubi manum. Has ubi genitalis anni stimulerit hora, pendentes sese quadam ositatione, impleri roscido conceptu tradunt, gravidas postea niti, parturisque concharum esse margaritas: inquit Plinius lib. 9. cap. 35. Concha peccans est hominis, quasi ros in illud descendit de cœlo fides: verum si non habet partum, nil in pretioso pretiosum: igitur inanis in corde inutilis aqua, quæ quibat esse

Cognoscitur vera, per quæ audiuntur, et per quæ videntur

Matth. 23. 46.

Ovid.

Ovvenus

Nescit fides per operationes anari.

Arate

Hesius: fides margarita est.

Plin:

Habet momenta pretiositatis, operatione si deisti.

Matth. 23. 46.

Et patet opere, quod concipitur in mente

Luc. 8. 25.

Cor optimum, ubi fides cum operibus.

Lux fidei clarificat opem.

Arator.

Can. 8. 6.

Turpis si dei manca.

Matth. 26. 24. Operatur manus, quod cognoscit intellexit.

Matth. 4. 9.

Verf. 10

Sine operibus ex primis tribus momentis adorare per fidem.

Ioann. 4. 23.

margarita pretiosa. Ros de cœlo descendit ut fiat unio, ceterum non est unio, ni accedat suscipiens operatio: diciturque fides margarita & non ros, esse ex rore margarita fit; quoniam nihil pretiositas habebit cœlica fides, ni margarita fiat per operationem & virtutem suscipiens.

Quærit negotiator, qui nobis clarigatur pro terrenis cœlestia, pro parvis magna, pro momentaneis æterna, pro ignobilibus gloriosa, bonas margaritas: Et inventa una pretiosa margarita, dedit omnia sua & comparavit eam. Sepe dubium occurrit in hoc tom. Quenam margarita quæ non pretiosa, ut illa dicatur una & pretiosa margarita? Adhuc Tautol. 2. Didasc. 5. 17. 8. a. n. 18. Tautolog. 3. Didasc. 10. 20. 12. 16. & Tautolog. 7. Didasc. 5. 16. Fides margarita est, sed non bona margarita in concha peccatoris Fidelis, si deficiat ab illa per operis omissionem momentum pretiositatis. Opus sine fide non pretiosum. Fides sola, margarita sed non bona: & a negotiatore quaritur una pretiosa margarita; ut constet anima unica spectabilis gemma, dum exhibet per operationem, quicquid accipit pretiositatis per fidem.

Fide igitur corda implentur cœlesti rore, quasi in opus virtutum nobili femine: at notanda expositio Salvatoris de Semine verbi Dei, iuxta modum recipientis. Quod autem in bonam terram, scilicet, cecidit: hi sunt qui corde bono & optimo audientes, verbum retinent, & fructum afferunt. Huiusmodi semen est fides: & fructus proponitur, dum in cordibus fides seminatur; igitur conceptum in corde semen, dumtaxat cognoscitur per fidei operationem. Ita cor bonum, verum quare dicitur dum concipitur verbum, bonum & optimum: Ut explicet Salvator fidem & fructum. Cor cum fide bonum est, quia bona fides: optimum per opera, fidei bonitatem sequentia: & dum exponitur fidei seminat & susceptio, dicitur in corde bono, etiam optimum: quippe ut adipiscatur æternam cœlestem beatitudinem, non sat quod bonum per fidem, ni sit optimum per operationem. Sine fide non est bonum: cum fide & operatione refert fructum: & est bonum & optimum, ubi bonitas fidei illuminatricis clarificat per fructum operis.

Ut Domino duo iuncta colant. Succinit Arator ubi supr. lib. 2. v. 741. igitur signaculum debet esse super quod & super brachium; ut faciat fidelis manus, quicquid fide cognoverit intellectus.

Non sufficit manca fides: siquidem

si pulchra est, esse cæca, deformis manca & nequiquam apprehendit, licet adhaeret cognitione cœlestibus, si caret manibus. Si quis vult post me venire (dicit averter N.) abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui vult sequi, sequatur; quippe non vult sequi, qui non sequitur. Non sufficit velle, ut delirant Navigatores, quasi sola fide. Qui fide sequitur, gressibus etiam sequatur, ut operetur manus, quod cognoscit intellectus. Amor dirigi debet, ubi cor dirigit fidem: & ubi disident intellecta, & intelligentium opera; fides est in mente, verum non in voluntate, cuius nuda prosum fides, quippe fides patet tantum per fidem amorem.

Ostenso vel in imagine Christo Domino, orbe vanissimo, & gloria mundi, ut vel idem oculi pomposa saltem demeretur specie, dixit diabolus illi: Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Plerisque demon prælagus idolis subtrahit escam, quippe gratis adorant. Proh miseri! Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, anima verò suæ detrimentum patiatur? Illic Christus: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Adorationis solummodo demon satagit, Christus autem adorationi etiam servitium adiungit. Quare igitur si in adoratione totus ambitus exprimitur voluntatis, obsequium quoque additur servituti, quandoquidem qui adorat, cultu servit, cum aversum nullatenus adoraret? Ad quid igitur obsequium & adoratio? Ut adoratio cognoscatur obsequio, sequente demonstratione cordis fidem mentis. In adoratione notebit fides, cui cedit meritò ratio: in servitio voluntas præstat obsequio: & iungitur servitium cum adoratione; quippe vana adoratio, sine voluntatis servitute: etenim non adorat, esse adoret, qui non amat. Adoratio sumitur à corde, non à cultus superficie. Iuxta amorem mensuranda est adoratio, quæ ut sit, iungitur servitio; quia non amat, vel qui adorat, quum Deo dirigit adorationis cultum, & demoni totum voluntatis obsequium. In nulla alia actione magis exprimitur fides, quam in adoratione Fidelis: at cum sit falsa adoratio, quæ caret demonstrationis studio; iungit Christus & servitium erga Deum, & adorationis cultum: siquidem sine operibus servituti, experimentibus amorem; nullius momenti adorare per fidem.

Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Hæcne veritas adorationis: ut ubi tendit ratio, dirigantur

flu.

Veri Dei aolunt, qui Deo seruiunt.

Recl. 4 10.

Plorabilis homo solus fidei.

In arboribus ratio nali sit flos fidei ut fructus operis.

Quomodo fidei est virgo uirgo Num 17 10.

Virg 12

Nemo collocatur in patria, si a fide deficiunt ope.

studia voluntatis: etenim non verè adorant, qui aliò ducit seruitutem, & aliò conducit adorationem. Informatur adoratio, quasi signum amantis, vità amoris. Amoris vità sunt opera. Unde adoratio signum saluum, quippe deficit obsequium, quod verè astruitur fide demonstrationis, haud exterioribus signis. Fiducia plurimum Catholicorum est fides, qui contradicte usquequaque vità: sed verè fiducia vana, quippequam sine operibus amoris, quibus vivit, nil prodest. *Vae soli*: dicitur. Qui solus? Qui habet fidem & non opera, tanquam oleum quo fidei foveatur ardens lucerna: igitur fatuè indicantur virgines, fretæ huiusmodi splendore, quasi sufficeret in cœleste regnum sine oleo bonorum operum. Solus est, qui non habet à quo iubetur: & *vae soli*, iurè dicitur; equidem plorabile, quòd sit homo solus, & socià fide. Opera sequuntur mo- riantem: qui solus haud obtinet beatitudinem: quandoquidem solus expellitur in infernum, cum nulla sint opera, quæ sequantur. Arborea autumnales sine operibus Catholicis sunt, quarum fructus tantum flos. Flos pulcherrimus fidei, verum arbor quæ non floreret, deputatur in cibum ignis, nequaquam ut transferatur in hortum felicitatis, in quo minime collocatur arbor rationalis sine ornatu necessario fructus & floris.

13. Orta contentione pro sacerdotio inter tribus Israël, floruit pro meritis virga Aáron, quæ quidem collocatur in Sanctuario, & etiam pro infallibili signo. *Refer* (dicitur Moysi) *virgam Aáron in tabernaculum testimonij, ut seruetur ibi in signum: ne moriantur*. Ne amittant vitam, respecturi virgam floridam? Utiq; Observetur articulus, ut de operibus fatagat anxie Catholicus. *Invenit Moyses, germinasse virgam Aáron in domo Levi, & turgentibus gemmis, eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt*. Protulit flores & fructus, sed cum gauderet fructibus, non exauctorata floribus. Flores in virgis convertuntur in fructus, in virga Aáron præstant fructus & flores. Quare igitur flore etiam ornatur, dum profert fructum? Ut introduci posset in Sanctuarium. Nihil ibi sine flore & fructu ingreditur. Flos fidem in virga animà designat: fructus opera in Fideli demonstrat. Fructus sine fide inanes, flores sine operibus inutiles. Sanctuarium symbolum est vitæ æternæ, & cœlestis patriæ, quòd sollicitant Catholicis introritti: & non datur introitus, ni habeat anima & flores & fructus; quippe nemo collocabitur in patria,

qui cum floribus fidei non habeat opera. 14. Dissidium est inter verè fideles, & fideles Novatores. Hi asserunt sufficere florem, quia credere est facere. Vide Richard. Smitheum in *Collation. doct. Catholicor. ac Protestant. cap. 13*. Nos dicimus & verè, florem fidei sine fructu operum non sufficere, igitur facere iuxta fidem, est credere: & in signum exponitur fructificans & florens virga Aáronica, ut innotescat quomodo obtineatur vità æterna: etenim nequaquam introibant in Sanctuarium, ni cum floribus fidei, operum tulerint fructum. *Ne moriantur*, signum virgæ stat, qua micant fructus & flos. Moriantur, quia ad salutem solam fidem esse necessarium farentur: & virga cum flore & fructu ostenditur, ne moriantur; quippe abdidit eum flore fidei peribunt, si virga floribus caruerit fructibus operationum.

15. Hinc Ss. Legislator, Dux & lux Monachorum benedictus instruit nos, cap. 4. *Regul. Sancti*. Instrum. 62. dicens: *Præcepta Dei factis quotidie adimplere*. & hic metricè N. Gabriel Bugnorius *Ergo Dei leges factis implere memento*.

*Disce prius, cassum nec tibi nomen erit*. Fides sola magni nominis umbra, vel tantum nomen. Unde cum molta vità debeat tendere in salutem, factis quotidie oportet implere legem: igitur omnino cassum ad cælesti regnum, gloriarì fide, & fidei demonstrationem operibus non ostendere. Præcepta sunt quasi materia amoris, qua emineat accepta fides: & ni accedant fidei opera, diligimus tantum lingua. Ut stemus in fide, diligere debemus opere & veritate; igitur veritas fidei probatur opere. *Finis autem præcepti, iuxta Paulam, est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta*. Sine bono conscientia non bona, sine charitate tanquam tabula rasa, & sine utraque fides omnino ficta; quippe aliò tendit homo per fidem, & aliò contrahitur per amorem. Ausculta Hesium ubi supr. *Embl. 37. Recta quæ ducit fides*.

*Via certa celo est. Ascendo, sed ne desere hanc fidem: non est via certa celo, quæ recedit à celo. Fides propinqua est. Hanc tuere complexa Fidelis arcto: si tueris, ascendes, Et nullus unquam te videbit errantem.*



Fideles perit, sine fructu operum.

S. Bened.

Bugnoce

Fides sola magni nominis est umbra.

1. Ioan. 1. 8. 1. Tim. 1. 5.

Sola non sufficit in salutem.

Guil. Heli.

DIDASCALIA II.

Eleemosyna non tam accipientibus, quam dantibus prodest.

Senec. 1. Uce clarius est: astruitque sententiam Seneca libell. de *Mobilitate*. Honos est in honorante: sequitur enim gratia fastigia maiestatis, & originem honoris, extensa manu in miseris inopes, culmen extruentes: igitur dum potens clementer largitur donum, eius participatio est in idipsum: quippe studio beneficentiæ, ingenio liberalitatis.

Mart. *Quas dederis, illas semper habebis opes*. Uti canit Martialis lib. 5. *Epigram. 43*. Illas, quas dispersit, & non quas retinet: dives habet; quoniam retinet nihil, & dedit collocantur utilitati: tuncque propriæ sunt opes, cum fuerint utiles, igitur harum dispendium his est commodum. Innuat Tragicus in *Medea*, Act. 2. v. 227.

Senec. *Cum levis magnas opes. Huc ferat & illuc casus; hoc reges habent Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies*.

Senec. *Prodesse miseris*. Quandoquidem non amittit, sed securius collocantur, quæ miseris distribuuntur.

2. *Lucundus homo qui miseretur & commodat*: inquit Psalmographus. Gloriosius videtur, in sublevatione miseræ facultates egenis distribuere, quam commodare: quare igitur felix qui miseretur & commodat, cum felicior sit qui præstat? Amplius miseretur, si facultates distribuit, quam dum mutuo confert: cur enim in voce commodationis exprimitur incunditas miserentis? Ostenditur præstantia eleemosynæ in distributionum ingentia utilitate. Miseretur nã: quia miseretur homo, eleemosynam distribuit: bonis pauperes fovet: & cum bona præstat, commodat; quippe quod alijs tribuit, sibi clarigatione servat. Accinit Publ. Syrus v. 83.

Qui eleemosynam distribuit, distribuit sibi: sibi habet.

P. Syr. *Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui*.

*Habet in adversis auxilia, qui in secundis commodat*.

Eleemosyna est actus misericordiæ, quo aliquid tribuitur egeni. Commodatio, est aliquid concedere ad usum, suo tempore commodanti restitendum. In eleemosynarum donis misericors post illorum con-

cessionem, nihil proprietatis habet. In commo- modo semper habet proprium, qui concedit; quoniam usum rerum solum modo confert: & qui miseratione opitulatur pauperi, minime dicitur concessa expendere, sed erogata & impensa commodare; igitur non nunquam habet, quæque egenis distribuerit.

3. Prodesse miseris iudicabatur potestatis maiestas, & modò patet miserentis utilitas: igitur dum præstat, commodat; cum quas dederit opes, illas habeat. In eleemosyna est gratia, qua sublevatur inops; est etiam gloria, qua exornatur misericosus: & ubi expenduntur opes, dicuntur iurè commodari pauperibus; quia magis prodest eleemosyna accipientibus, quam dantibus: igitur sibi clemens servat gloriam, dum pauperius manus distribuit gratiam. *Vestimentum ad induendum* dixit iacobus. Ad quid ergo vestis, nisi indumento? Est discrimen in induito. Est vestimentum, si fidi. Est plusquam vestimentum, si pauperi: igitur magis luceat, ubi egeno confert, cum vestitur luce tamquam vestimento, qui faret nudo: si quidem nudus induitur gratià, nudatus gloria. *Nudum vestire*: ait Gloriosus Legislator *Regul. Sancti*. cap. 4. *Instrum.* tiquidem ubi nudus induitur veste, vestitur misericors splendore.

4. In throno quo Dominum vidit Isaias, nudum vidit. Consule Leonem à Caltro, Procopium, Forerium, Alvarez & alios AA. hic. Dominus dives factus est in ops pro nobis. Egnit, quia voluit & in gloria sedet, dum nudus in præsepio iacet; quippe semper gaudet gloria, paupertas quæ voluntaria. Aliterunt ministri, in quibus *sex ale uni, & sex ale alteri*. Hi ornati, & Dominus sine veste? Plerumquæ decora ministrorum vestis est origo nuditatis Principis. Alæ necessariæ ministris, sed tot non opus est aliis: siquidem pauci volant binis, cum possint senis: & minime relinquendi volarum horum moderationi, sed status articulo, & regimini modestiæ: quandoquidem favore Superioris, ministri oggrallantur Principes. Nudus erat Dominus & omnino nudus, ubi ministrorum nimis præfulgebant ornatus.

5. Contemplerur articulum. Sex alæ ornatus Seraphim, sed quatuor Domino consecrarunt, cum viderent nudum. *Duos velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus velabant*. Lucet mi-

Genes. 18. 10. S. Bened. S. Bened. Gaudet gloria pauper voluntarius. Iai. 6. 2. Splendor nimis ministrorum nudus Primicia pum.

Ibidem

Eccc ni-

nistrorum charitas, dum exhibetur in Principem huiusmodi generositas: etenim Dominum ascensum in extrema necessitate, restitunt gratis quæque acceperunt à Principe. Gloria illorum describitur, dum nudantur, ubi à splendore vestis commendatur excellentia maiestatis? Iurè. Nulla maior gloria ad thronum, quam veste propria cooperire nudum. Vestuntur, ubi propter nudum denudantur, visi in maiestate gloriæ, sine maiestatis veste: igitur tunc apparuerunt vestiti gloriâ, dum facti nudo vestimenti gratiâ; quippe ornatus nuditatis valde gloriosus, si deest ornatus, quia vestitur nudus.

Gloria sua bo mine ve stuntur, ad prop- ter nudâ nudantur.

Charitas prompta in auxilio.

Finis fit elemosynæ Deus.

Vest. 6. Dignior subsidium nobilitatem calamitatis, quâ vulgaris infelicitas.

Summa charitas, ubi magis donat, quâ sibi servat.

6 Præterea. Charitas summa, uti plenitudo amoris invenitur in Seraphim, ut imitemur. Faciem duabus alis velabant. Cuius? Eius, & suam. Saam, quippe non poterant videre nudum pauperem, quin propriam statim illi concederent vestem. Eius, ut meritum emineret excellentiâ charitatis, dum ministrabatur vestis: siquidem haud respiciendus, cui elemosyna conferitur, sed propter quem dispensatur. Non nudus cui gratiam charitas donat, sed quem nudus representat.

7 Ulterius. Eminentiore viam demonstrant Seraphim, ordinantes in auxilio charitatem. Senas habebant alas, & quatuor ex utroque illicò velata nuditas. Nihil loquebatur qui sedebat in solio: aliter Propheta qui querebatur de labiorum vinculo: etenim parâ demonstrationis charitatis occasione; acturum dixit: *Veni mihi. Volavit quamprimum amor in iuvamen, ceterorum dumtaxat volavit unus de Seraphim.* Si illi operunt alis octo in throno nudum sedentem, cur duo non volant ad Prophetam clamantem? Amplioribus expensis opitulanda est nobilitatem calamitatis, quam vulgaris infelicitas. Utrique remedium à charitate, sed cum ordine: quandoquidem qui sedebat in throno magis egebat, ubi de nuditate præ verecundia status nihil clamabat.

8 Maius est officium amoris, ubi plus ardet urgentia necessitatis. Sex alas habent Seraphim in cultum, & impertiantur nudo pauperi quatuor. Lucet in elemosynæ articulo, flagrantis charitate cordis singularis demonstratio. Conferre in subsidium nudi vestis partem, pectoris designat misericordiam amorem. Sibi in cultum & decorem aliquid referre, & æquè nudo vestimenta præbere: est vehementia charitatis pectoris, quod se depingit in calamitate inopis: verum plus dari nudo, quam sibi servare pro vestimento; est amoris plenitudo: & dum quatuor,

sibi retentis binis, nudo Seraphim conferunt pennas, summa & meritò extollitur charitas; quippequam in sublevamen pauperis magis dederunt, quam sibi pro ornamento retervarunt. Summa est, cum dari non potest plus. Dare omnia, erat charitas, sed nequam ordinata; quoniam paterentur nuditatem, à nudo amotam per donatam vestem: & dum sibi servant duas, inopi conferentes quatuor alas, designatur iurè plenitudo amoris; siquidem excessus vehementis singularis charitatis, ita honorare inopem, ut sibi tantum retineant, quod fat est in honestatem. Dialecto nostrâ: *Es excessu de amor, quedarse solo con lo necessario para poder pasar.*

9 Senis gaudent alis, pro maiestate vestis, sed non habent ut habeant: habent, ut tribuant: igitur prostratis spoliantur speciositate vestis, in calamitate pauperis. Penas eorum & serviebant cultui & volatui, ut pernices opitularent inopi. Sine ulla illarum, & audirent vocem infelicitis, & viderent ruborem nuditatis, sed non velocitate qua cupit charitas, possent levare miserorum penas; quippe habent pedes & non alas: & sibi binas servant, dum reliquas nudo donant; igitur vel illas non habebant ut haberent, sed ut in subsidia promptitudine volarent. Perperam unus volaret ad Prophetam assistentem, si pedum tantum obtinerent motum.

Velocitas protectionis, nitor charitatis.

10 Denique, *Sex ala uni & sex ala alteri. Duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Qua lege unicuique sex ala, quando binas tantum habebant sibi? Habent quibus moventur, & unâ vestiuntur: propriæque dicuntur, quas nudo dederunt; quia dona magis dantibus, quam accipientibus profunt: quandoquidem vendicant sibi in æternam proprietatem, quibus decoratur inopem. Nihil habet, qui totum sibi habet. Hinc aptè Iuvenalis *Satyr. 3. v. 208.*

Propriâ magis, quod erogatur egenis.

*Nil habuit Codrus. Quis enim negat? & tamen illud*

*Pendit infelix totum nihil. Ultimus autem Erymna cumulus, quod nudum & frustra rogantem*

Iuvenal.

*Nemo cibo, nemo hospitio, teloque iuvavit.* Ideo ut habeamus data, & non amittamus per charitatem amissa, abundantes cibo, fuit tecto, atque dignati hospitio, iubemur thesaurizare thesauros in celo: siquidem quæ expensa non amittuntur, sed per manus pauperum usque ad celos deportantur. Vel Ethnici monitum est. *Omnia ista: non sunt vestra. In depositi causa sunt, iamiamque*

Quo modo bona peritura sunt æternat

s. nec.

*ad alium dominum spectantia. Quaris quomodo illa tua facias? Donando.* Hæc Seneca lib. 6. de *Benef. cap. 3.* Aptius per elemosynam, quam in amicorum gratiam: etenim sibi ad gloriam securius habet, quicquid hic piè in egenos dispendit.

Op. Dea que?

Cur Dea magnâ?

Officiam insignis maiestatis, prodesse miseris.

Heb. 4. 16.

Summa gloria est ingratis

Dei concessio gratiæ, quam si gloriæ?

Species celestis maiestatis egenis succurtere.

gloria: & thronus gloriæ conceditur gratiæ, in formam elemosynæ largiendæ: igitur dum præstatur misericordia, ut amoveatur miseria; ita miserentis gloria in eo quod non distribuat elemosyna abundantem, sed indigentem. Gratia elevat lapsum, gloria coronat erectum: Paulusque meditantem tribuit gratiæ gloriæ dignitatem: quia summa gloria elevare iacentem. Homo sine gratia est miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. Cum gratia & dives & potens, & opulentus: gratiæque gloriæ singularis signatur thronus, quippequam nulla gloria spectabilior, quam miserum constituit felitem, miserabilem poterunt, facere divitem pauperem, vestire nudum, illuminare cæcum.

Tactum elevare.

Prodigia elemosynæ.

14 Deinde. Homo nudus bono gratiæ, nudus edverum non meretur in sui. Egeat miser, quoniam dignus sit, à miseria liberari. Ubi gratia ornatur, non indiget, & est in statu merendi. Unde dum Deus ( ut suam homini communicet naturam) cernit quod egeat, & non quod nequeat promereri gratiam; muneri splendenti gratiæ consistit Paulus solium gloriæ: igitur gloria gratiæ in collationem beneficij, haud cogitat, quod nudus mereatur vel non mereatur, sed quod est nudus: quippequam beneficentiæ & charitatis decus, favere, sed abdicere, an sit dignus, vel indignus. Natura semper gemit in valle lachrymarum, plena dolorum. Gemit sine gratia, & etiam grata Conditori gemit. Verum cum gratia sunt lachrymæ dulces, quippe degit in statu elevationis. Orba gratiæ vitam infeliciter trahit, siquidem utque quæque & undecumque gemit. Vita est, sed misera vita, quoniam omnino lapsa: & quod insigne gloriæ, datur gratiæ; quia tunc floret gratia gloriæ, ubi charitas suppeditat quæ ad vitam sunt necessaria. Clarius delicatio. Natura cum gratia ingemiscit. Sine gratia ingemiscit & parturit; quoniam iacet nuda, & deficit in naturali vita vitæ forma, quam enixè percipit, ut dulciter conditionis amaritudine ploret. Qui ingemiscit, aliquid habet in vita solati. Qui ingemiscit & parturit, nihil possidet subsidij: accedit charitas, ubi insitat maior necessitas: & simul exponitur thronus gloriæ & thronus gratiæ; ut effluget in gratia gloria elemosynæ: igitur magna, si accedit misericordis nobile favore pectus, ubi creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc.

Non respicit an nudus sit dignus vel indignus, sed quâ nudi.

Fulget charitas, ubi urget necessitas.

Elemosyna erogetur in necessitate, non in ostentatione.

15 Caterò. Gratia datur servo, gloria libero. Gloria soluto vinculis, gratia degeni in ergastulo corporis. Illa conceditur in ostentationem pulchritudinis nature: hæc conferitur nature necessitati: & consultò per-

murantur gloria & gratia caduca regia ; ut fiat iuxta rationis leges elemosyna : etenim tunc gratia elevatur ad thronum , obinetque iure misericordiae saluatum ; dum erogatur ut quiescant naturae necessitates , & nequaquam ut illius foveantur ostentationes .

Ibidem

16 Adhuc restat via , ut alius animis infideat elemosyna . Auxilium deseribit Paulus in tempore opportuno , pro occasione , & tunc urget adire in thronum gratiae : igitur gratia habet celsiorem thronum , si tempus seruat pietatem in pietatem opportunitatem . Qui habet gloriam non potest cadere . Qui habet gratiam , potest non cadere & cadere potest . Elemosyna gratia est : & dicitur thronus gratiae , ubi exponi videbatur thronus gloriae : etenim tunc gloriam amplioem habet misericors pectus ; dum gratia fit in periculo lapsus . Beneficium haud aestimandum iuxta magnitudinem , sed iuxta necessitatem . Regula illius est utilitas accipientis , non plausus dantis , ut illi cedat tantum gloriae , quantum ex favore celsit gratiam accipienti . Thronus gloriae est auxilium opportunum : thronus gratiae solummodò auxilium : & exhibite gratiae conceditur thronus gloriae , ut pietatis studium incumbat tempore maiori necessitati : igitur nobilior opitulatio , antequam natura cadat , quam auxilium , ut resurgat .

Si opportuna elemosyna , tunc vere gratia

Fiat gloria in eo quod cui parcaetur .

Elevatur , ubi inimico conceditur .

Splendor effigurat divini maiestatis in converso ne peccatoris .

cos : gratia datur inimicis , & gratis : gloria dantur amicis : & thronus caelestis gloriae assignatur a Paulo concessae gratiae ; quoniam maior gloria conferre inimicis gratiam , quam amicis concedere totam gloriam . Haec illustratur gratos , illa averfus . Amicus gloria , & inimicus gratia . Clementia , qua elevatur iacens ad thronum gratiae : gloria , qua cognoscit elevatus divinae momentum amicitiae : & modò gloria sumitur a Paulo pro collata gratia ; quippe videre inimicum iacentem favore benevolentiae elevatum , efflorat gratiae maiestatis thronum . Imitemur & imitatur huiusmodi favore , ut nascamur divitias gloriae gratiae suae , & brevi obsequio auxilium inveniamus in tempore opportuno ; quoniam qui misericordiam habent , sanè misericordiam consequentur de quo nobis sermo allas , & pro dono gratiae iustitiam , & gloriae conversionis peccatoris .

Thronus elemosynae solummodo felicitati inimici .

Chrysofostomus . Elemosyna pro se recipi .

Non concedatur ob inane gloriam .

Occultè fiat .

Si fieri potest , vel dignatur non cognoscatur .

Per .

20 Perpende . Adamas ad thronum gratia , dicit Paulus , ut gratiam inveniamus . Non ut gloriam inveniamus , sed gratiam ? Utiq . Gratiam ad gratiam , ut elemosynae consideremus usaram . Quodque charitas distribuit , semper cum faenore reddit *Faenore Domini qui miserere pauperis* , & recipit talenta cum usuris . Non solum in qualitate rerum , cum accipiat magna pro modicis , & caelestia pro terrenis : ut ait Gaudentius *Serm. 13.* sed etiam , quia dat partem & accipit totum , expendit unum , & recipit centuplum : quod quidem duodecim copiam superantur ex quinque panibus & duobus piscibus . Non est dispendium sed lucrum , quippe in terra etiam duplicia possidebunt . Est census singularis , quo redditus superant capitale census : etenim si pro centum unum solvitur , hic centum pro uno praestantur : iubeque Paulus ut inveniamus gratiam , accedere ad gratiam thronum , ut constet quantum ex elemosyna relatur emolumentum : siquidem quam contulimus egenis in mundo , gratiam ipsam invenimus multiplicatam in caelo . Invenimus , quia quae dedimus , nequaquam amissimus , cum in caelis inveniamus : diciturque thronus gratiae , qui thronus gloriae , haud solum quia in gloria invenitur centuplicata gratia ; sed quia gratia in egenos emittit gloria . O divites saeculi ! O felicitate miser ! O quae stultitia est ! Deus emittit sanguine servos .

Usura est nobilitas .

Prav. 19.17. Gaudent .

Non est dispendium , sed lucrum . Cur census singularis .

Elemosyna gratia emittitur gloria .

Iacobus Bil .

Novar .

Horat .

Genes . 28.20 .

Vestis pendet , ut sit vestis , a sudore acquisitionis .

20 Perpende . Adamas ad thronum gratia , dicit Paulus , ut gratiam inveniamus . Non ut gloriam inveniamus , sed gratiam ? Utiq . Gratiam ad gratiam , ut elemosynae consideremus usaram . Quodque charitas distribuit , semper cum faenore reddit *Faenore Domini qui miserere pauperis* , & recipit talenta cum usuris . Non solum in qualitate rerum , cum accipiat magna pro modicis , & caelestia pro terrenis : ut ait Gaudentius *Serm. 13.* sed etiam , quia dat partem & accipit totum , expendit unum , & recipit centuplum : quod quidem duodecim copiam superantur ex quinque panibus & duobus piscibus . Non est dispendium sed lucrum , quippe in terra etiam duplicia possidebunt . Est census singularis , quo redditus superant capitale census : etenim si pro centum unum solvitur , hic centum pro uno praestantur : iubeque Paulus ut inveniamus gratiam , accedere ad gratiam thronum , ut constet quantum ex elemosyna relatur emolumentum : siquidem quam contulimus egenis in mundo , gratiam ipsam invenimus multiplicatam in caelo . Invenimus , quia quae dedimus , nequaquam amissimus , cum in caelis inveniamus : diciturque thronus gratiae , qui thronus gloriae , haud solum quia in gloria invenitur centuplicata gratia ; sed quia gratia in egenos emittit gloria . O divites saeculi ! O felicitate miser ! O quae stultitia est ! Deus emittit sanguine servos .

Mercari exiguo nos piget ape Deum !

DIDASCALIA III.

Bona ablata serviunt ad speciem , & non ad utilitatem .

1 P rofert meritò Novarinus in *Umbr. Virgin.* Excurs. 100 . Si terrena omnia sunt corporis indumenta , quae non proprijs indumentis omnino corpora nuda : & dum fastus ostendit decorem vestium ,

Movet cornicula visum . Igitur quicquid habent , deleryunt potius pudori , quam honestati . Vestimentum ad induendum , optat Iacobus . Vestimentum ad induendum , optat Iacobus . Idem exercitium , quo possit sibi acquirere vestimentum : ut notat Haye hic in *Arbor. Vita.* Verum quid exercitium , ut vestis sit ad induendum : Ut vestis sit , vel non vestis ; quippe vestis pendet a sudore acquisitionis : et

enim semper suspiciosa vestis claritas , & in vita summa ociositas : petique Iacobus non solum vestem , sed ad induendum , quoniam non indumentum , quoadiù labore non partum .

2 Si tamen vestisti , non nudus inveniamur . dicit Paulus . Si vestisti , quomodo possumus inveniri nudi ? Nudus est qui caret veste . Quo pacto erit nuditatis pudor , si indumenti fulget decor ? Quia causa decoris est origo pudoris nuditatis : igitur solumdemonstrant vestem , acqumdam duntaxat per criminum turpitudinem . Fallit enim vestium specie virtutis , & umbra cum sit triste habitu , cuiusque & vestis severum .

Inquit Iuvenalis *Satyr. 14. v. 110.* Opulentia & abundantia est ex opibus . Opes ex censibus . Unde sine facultatis opes ? Ex thesauro iniquitatis : & nudi sunt & vestiti , quia operi iniquitate tamquam veste . Exercitia pro genio hominis destinantur , ut ipsis sibi acquirant quae necessaria ad honestatis cultum : & sunt nudi dum vestiti , ubi vestuntur sine facultate ; quia quod non proprium , est vestis , sed nequaquam ad vestendum .

3 Deltiquit Adamas cum uxore , & propter uxorem , Dei transgrediens latam legem . Aperi sunt oculi amorum , ut viderent proprium & generis exterminium . Cuiusque cognovissent se esse nudos , consuerunt folia ficis , & fecerunt sibi perizomata . Accessit Deus & vocavit , ut converteret , & etiam actis iudicem integerrimum formare , dum reum de obiectis audivit . Inaudita igitur parte , licet decretum iure , semper rectum ab errore . Unde Seneca in *Medea Act. 2. v. 199.*

Qui statuit aliquid parte inaudita altera , Equum licet statuerit , haud aequus erit . Actum Deus obiecit , quem fuga comprobavit : verum Adamas respondit : *Timui , ed quod nudus essem , & abscondi me .* Nudus ! Nudatus utique . Nudatus gratia originali , verum non nudus , igitur gaudebat veste , quam sibi apravit , ut se nudum circumspexit . Quomodo ergo dicitur nudus , si perizomate amictus ? Quonian cultus ille alienus . Priusquam deliquisset , sua cuncta , esse non sua ; quippe a Domino donata . A Domino universorum recessit , & ius infelicitate amisit : diciturque nudus , quamvis ornatus veste ; igitur vestem habebat , sine voluntate Domini : & vestis non est vestis sed nudatio , dum possidetur ex furto . Praefecundorum fuerat , & nihil ex subditis , sumperat . Corruit , ac illic ex arbore vestimen-

1. Cor. 5. 1. Sero nuditatis est pudor , ubi vestis fulget decor Iuvenal

Suspensa oves sine facultati bus .

Genes . 3. 7 . Quando in iudice reus ab errore

Senec .

Vestis no vestis , sed nudatio , dum habetur ex furto .

menta sibi apravit: & cum ornatur veste, coram iudice merito queritur de nuditate quoniam vere nudus, qui sibi vestem con-

Non est regiam, indut nu ditate subditio- rum.

4 Princeps desiderabat quidam ( cuius bonum omen, & auspiciam, subdito- rum desiderium) verum cum Princeps con-

sa. 3. 7

Non sunt praesides, sed dignitate la- tronae.

Quorum sagittis vulneratur iustitia.

Suspensa sa mone- re, nisi si ne illi nil, & cum illi suppeditant omnia.

Genes. 3. 21. Penitentia magis meritoria ex voluntate aliena.

expresam voluntate Superioris. Hinc Legi- fer N. & Dax in perfectionem, Ss. Benedi- ctus Regal. Sancti. cap. 49. postquam aliquod ad solum pensum religiose institutionis, addi iubet pro aliorum temporam negli- gentijs, subdit: Hoc ipsum tamen quod unusquisque offert, Abbati suo suggerat, & cum eius fiat oratione & voluntate, sit, quod sine permissione patris spiritualis sit, presumptioni deputabitur, & vana gloria, non mercedi. Ergo cum voluntate Abba- tis omnia agenda. Meritum requiritur, ubi Praedidis voluntas exposcitur: quandoqui- dem sepe minore mortificationis onere, plus acquiritur meriti; quoniam inter fa- crificia pro abolitione criminis, micat ob- latio subiectionis voluntatis. Iube me ve- nire ad te super aquas: dixit Petrus, doc- ens quid facturus Monachus. Exercitijs mortificationis, signatis per aquas maris, pervenit ad Dominum: Petrusque orat, vel in ipsis superimponi praeciptum; quia tunc nascuntur vorum & perfectionem, si iuxta Superioris exercentur voluntatem: igitur minus acerbiter habent, & amplius meritum obtinent.

6 Nota. Conserunt sibi Primi parentes in cilicium folia sicus asperissima: vesti- menta collata Domino, uti ex pellibus ovium, erant mollia. Minus pungebant, quam indumenta, quae ut cilicia sibi sum- perant: & haec Dominus abstulit, ac sua- viora praestitit; quippe vel seior mortifi- catio meriti amplioris, si fit iniuncta lege ac voluntate Praedidis. Haud displicuit Do- mino supplicium mortificatio; sed demon- stravit modum, quo poenitentes studeant merito: etenim magis merentur dulcedine accepta voluntate aliena, quam poeniten- tia, vel acerbissima, propria. Ideo exiit eos Dominus sicus folijs, & ovium tegit suavioribus ornamentis, impediens exequi electam mortificationem; ne vel in mortifi- catione propriam sequerentur volunta- tem.

7 Fecit Dominus Ada & uxori eius tunicas pelliceas. Hic avaritia perstringitur, quae suis parit, & sibi atque alijs nequa- quam indulget; igitur illi deest tam quod habet, quam quod non habet. Infelices iacebant Eva & Adamus, gementes pra- nuditate, cum fuissent orbis nuper condi- ti domini, sorte ita versa, insidiatoris in- vadia; ut ex abundantia rerum & summae felicitatis, ludibrium essent cachinnantis hostis: siquidem ex his quae habuerant, nihil in subsidium remanserant, quo possint iure a miseria sublevari: quandoquidem

S Benedi- ctia plus acquiri- tur meri- to, seioris mortifica- tionis onere.

Matth. 14. 28. Oblatia voluntatis pro sa- tisfactione criminis.

Levis mortifica- tio meriti amplioris, iuxta voluntatem Prae- didis.

Studium proprii voluntatis ob ex- perfectio- nis.

Quanta luxuria commo- dal

qui divites, ut inciperet in mundo fortunae iactus, non habebat vel in honestatem quod extenderet manus, nisi ad folia sicus: & nequaquam ut facerent ornamenta, sed dumtaxat perizomata. Vidit Deus inopes, & pupugit, quod fasti essent pro lu- bito pauperes. Attamen cum in favoris indignos tulerit pietatis honos; ut vidit nudos, clementer fovit, & honestissime induit: siquidem his qui voluerunt esse pau- peres, cum essent divites, haud vestis con- cedenda in splendorem, sed tantum in honestatem.

Pruden- tia con- pietatis.

Bonfrer

Quae in- terdum tribuuntur pru- dentiae sunt esse- tui avari- ritie. Proverb 30. 8. Avaritiae desunt omnia.

Pablius Syr. Vitium sperididi.

Ubi sup.

Avarus inopi.

Mar. Vid.

stuntur, & cum a Domino ornatur, veste dicitur, illos induisse? Quia dumtaxat est vestis & habitus, quem dat Dominus. Vestimenta illa priora, non erant propria, esse aptata vestimenta: & induit eos, uti nudos; quoniam haud servit pro veste, quae obtenta rapacitate. Ipse factus est, si- mulatque interrogatio facta, de quo fugat? Timui eo quod nudus essem. Si vestem con- cinnavit ex folijs sicus, quomodo nudus? Quoniam ornatus alienus: patetque denudatio quod obtinetur ex furto.

Non est vestis in veste, ob- tenti rapacitate.

Verf. 10

Iob. 2. 6.

Quae pro- pria non sunt, non sunt.

10 Nudos spoliasti vestibus: dicitur Iobo ab Eliphazo. Persecratur materiam, ut intelligamus causam. Spoliatur vestibus, qui vestitus: quia enim lege qui nudi, quibus vestibus spoliari? Nichil furripitur a non habente, nec potest furri- pi; etenim haberet & non haberet, nudaretur & non nudaretur, quod omnino im- plicatorum: diciturque iure spoliari nudos, quantumvis vestibus speciosis amictos; quippe quae propria non sunt, non sunt: & qui habent tamquam non habentes sine; etenim dum ex facultatibus alienis vestis constat speciositas, pro veste claret possidentis nuditas. Qui nihil habet nudus est: non est proprium quicquid habet: nuditate videtur in corpore, si illi subtrahitur quod videtur habere.

11 Patet. Ministros habebat Iobus uti Princeps, qui vestiebatur alienis substan- tijs, indicante causae utilitate, exule lege; & protra litigantium ratione, tollentes ab alijs pallium, ut sibi confererent indumen- tum. Iobus causas iudicum discutebat ex functione munerum, rationem exigebat officiorum, an bene se gessissent in dignita- tibus: & nudos pessimos ministros spolia- batur vestibus; quippe ablata illo austeren- te, stabant penitus nudi. Nudi erant, quos vestiebat aliena possessio, quoniam non vestis quae ex furto: igitur computatis quae propria vel aliena ex administratione iuxta tenorem legum, nequid habebant iure vel ad industriam. Hoc sensu dicitur paupe- res, qui divites, & abundantia divitiarum locupletes, quorum scintilla plena; igitur nihil habent, dum ab illis auferantur male parata: deguntque in summa infelicitate nuditatis, quoniam vestis subtrahita non est vestis.

Non sunt ornamen- ta, quae male par- ta.

12 Atruit Propheta Evangelicus. Tela eorum non erunt in vestimentum, ne- que operientur operibus suis. Si vestes ex telis, quare non vestes? Subdit: Opus iniquitatis in manibus suis. Non est opus la- boris, sed tantum rapacitatis: & telae non sunt

Hai. 59. 6.

8 Fecit Dominus Ada & uxori eius tunicas. Ornatisimas: insit Bonfrerius hic. Modò vestibus coruscant, qui nudi recesserant: Utique. Infania esset vestiri veste fulgidâ, cum in vestem nec haberent folia. Avaritia, repleti a Domino bonis, & gravi pudore nuditatis: dedit Dominus, & micat ornatus; quippe placet vel in veste fastus, cum dat Dominus: igitur si amen- tia est, sine censu veste mundissima indui, cum dat Dominus, sapiunt, si vestiantur splendide. Mendicitatem & divitias ne dederis mihi. Quomodo si affluit divitijs, potest succumbere oneri mendicitatis? Canit brevis Publius Syrus v. 200.

In nullum avarus bonus, in se pessimus. Avarus nisi cum moritur, nil recte facit. Avarus ipse miseria causa est suae. Inopia pauca desunt, avaritiae omnia.

Unde cum omnia quae avarus habet, sint usui quasi nihil haberet; mendicat simul & abundat, quin onus felicitatis intelligat, lux miseriae causa, & expositus risui: quandoquidem dissonum rationi (dante Deo, ut fulgeat singularis ornatus) quod sibi par- cens egredatur de domo tamquam mendicus, simul in unum dives, & pauper.

9 Ergo Didascalice proposito. Fecit Dominus Ada & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Praeluditur in actione ingenium avaritiae. Ad quid igitur ornamenta, si sunt in arca? Supervacaneus profecto vestis factus, si deest usus. Verum observa: Induit eos. Nudos se crimine cognoverunt, folia pro vestibus corporibus nudis optarunt; exterum non dicitur, quod se perizomate induerunt. Praebet vestimenta Deus, cum vidisset nudos; & additur, & induit eos. Canit etiam Marius Victor lib. 1. Genes. v. 520.

Ignaros caelum defendere membris Veste tegit pecudum miserans, vitamque tuert, Edocet.

Quare ergo dum illi vestiuntur, non ve-

Qui alii sunt tela quibus ornantur; sed tela, quibus moriuntur. Tela essent in vestimenta, si bene parata: verum nec aptiores vestibus aptantur in vestimenta; quoniam dum alienis vestiantur, non vestiuntur, sed nudantur. Non erant in vestimentum, neque operientur operibus suis: siquidem ubi ex furto operiuntur in splendore vestis, magis velantur pro pudore nuditatis. Ex rapinis confecta fuerunt indumenta in decorem: & telas in telis fericis, aranea texerunt, inquit Propheta, dum ira indui stulte cogitantur. Qui telis aranearum tegitur, non vestitur. Signat indumentum indumenti commodum, quippe per decorem & utilitatem commendamus vestem: & non dicere vestimentum vestimentum, sed telas dumtaxat aranearum; quippe ablatum ita fatilis decois, ac nullius utilitatis, quasi ornarentur aranearum telis. Quid mirum, quod non essent vestimenta, si quae habebant in vestem non erant propria?

13 Contemplerur singularem Michae sententiam. Sarriperunt filij Dan quicquid habebat doni, & ille querulus dixit latronibus concitata bile: Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotum & omnia quae habeo. Apparet quae cognati facultatum homines, temporalibus bonis adherentes, igitur clamant ex bonorum privationem quasi ab illis avellerent deitatem. Qui vere Deo adherent, rapinam bonorum cum gaudio sustinent: etenim tunc magis amplectuntur caelestia bona, quod amittunt temporalia. Deos facultates Michas vocat, & pro sublati clamat. Haud ita punctus amissione doleret, ni divitias adoraret. Quod ille fecit cum argenteis construendo sculptile, saepe in altari pectoris fabricatur ab homine. Tulit ducentos argenteos, ut faceret ex eis sculptile atque constabile, quod fuit in domo Michae. Habere argenteos, erat habere divitias: facere ex eis simulachrum, adorare divitias: sequiturque domus ruina, dum divitiae transeunt in idola; quoniam si commode quum habentur, nocivae dum adorantur. Magnus ille est, qui scilicetibus scitatur quemadmodum argento: nec ille minor est, qui sic argento utitur, quemadmodum scilicetibus. Infirmi animi est pati non posse divitias: inquit Seneca Epist. 5. Pati dixit & ingeniose, quoniam saepe pungunt in dolorem, exercentes in amatores tyrannidem voluptate crudeli. At infirmi animi est non posse pati; quippe imbecillitas summa, ubi possessio transit in avaritiam, & ex avaritia volat in idololatriam: quandoquidem qui non dominatur facultatibus, non habet quas habet, quoniam habetur ab opibus.

Verf. 5.

Tela pro stiefiori omnino fatilis.

Iudic. 18. 24.

Dana caelestia habentur, dum temporalia amittuntur.

Cap. 17.

Imbecillitas animi, divitias pati non posse.

Seneca.

Divitias sunt divitias, si habentur, dum adorantur.

Verum hoc late infra Tautol. 12. Didasc. 2.

14 Ad rem igitur. Deos meos tulistis, & omnia quae habeo. Quid mi homo? Unde querela, si habes omnia? Unde habes omnia, si tulerunt cuncta? Non habetur res per reusum, sed per ius: & affruit nihil latrones habere, ex his omnibus de quibus queritur tulisse; quippe si ex iure non tulerant, nil in habitis habebant. Distinctio ibi etiam exponitur. Mille & centum argenteos: ecce ego habeo, & apud me sunt: igitur quicquid tollitur, est apud raptorem, sed non habetur. Habetur, quando habetur ex iustitia: & de latronibus asseritur, nihil tulisse, cum tulissent omnia; quippequam ut in optatum cedant utilitatem, male parata non habentur. Nihil tulere praedantes: dixerunt Debora & Barac de ducibus exercitus Iabin. Multa tulere & nihil tulere praedantes; quia non tulerant ex iure, sed ut latrones. Si veritas rei a commodo, quamam utilitas invenitur in furto? Quantumlibet abundent opes, Ex male quae sitis non gaudet tertius haeres. Quem tenet argenti stis importuna famaeque quem paupertatis pudor.

Non habetur res, nisi per ius.

Verf. 2.

Male na ha non habentur Cap. 5. 19.

Horat.

DIDASCALIA IV.

Affectio iudicum insititia voluntas.

I Nisi Salvianus de Provid. lib. 1. cap. 7. siquidem iustitiam iudicis ad intima faciunt, quicunque affectione iudicant. Haud ius decernitur iuxta legem, sed iuxta depravatam affectionibus voluntatem: & sufficit abunde iudicium in voluntate, ut vulneretur alie corpus iustitiae. Perpetua sententia, ubi affectui & non legibus remittitur causa; quoniam quae sunt rationis conceduntur voluntati: unde crescit magnitudine, quia cogitantur iniquitates in corde: & affectio nonnumquam ut canit Iuvenalis Satyr. 2. v. 63. Dat veniam corvis, vexat censura columbas. Virga Ionathae tunc simile iudicium imbutum legibus affectionum. Extendit summam virga. Rabbinii hic: Extendit summam virga lanceae. Per virgam signatur iustitiae lex, per lanceam potestatis vis: & dum virgam affectio moderatur, in lanceam virga convertitur; igitur sententia est telum, quo iustitia vulneratur. Vestimentum ad induendum dicit Iacobus. Ad quid igitur vestis? In nuditatem turpem affectionis: siquidem ubi vestibus iustitiae magis induitur, plus in odium

Salvian

Vulneratur iustitia, si voluntate sententia

Iuvenal

1. Reg. 14. 27. Tuoc no iustitia, sed lancea.

Gen. 1. 28. 20.

Affectio vestitile est, voluntas iustitia.

Luc. 10. 25.

Validior illecebra tentationis sub colore virtutis.

Verf. 26

Solliciti sententiarum ignorantia legis.

Dan. 7. 20.

Discussio hanc causam legum cognitionem.

odium denudatur. Vestienda est causa iustitia, minime iustitiae cultu, quippe tunc minus ornata, cum magis culta. Species movet hominem in pretium: denudata causa transit statim in odium: igitur affectio patet vestita lege, insititio iustitiae vulneris quoniam ius haud discutitur secundum praescripta legem, sed iuxta commodum & affectionem iudicum.

2 Nonnumquam sub virtutis larva later ingeniosa malicia, ut nascatur insidiarum molimen, dum tollit specie rexi pravitatis suspicionem. Accessit quidam legisperitus, cum Christus de iudicij aliarum Civitatum discessisset, tentans illum & dicens: Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? Sit. At huiusmodi quaestio exponitur ut tentatio? Quis liberabitur a cordium malignitate, si subest tentatio proposita aviditate vitae aeternae? Tentatio est & gravior, quo species in illecebram formosior; igitur validior incauto pectori decipula tentationis, sub colore perfectionis, & larva summae virtutis. Quid erit in vitio, si occultatur in virtute supplantatio? Surrepit blandi, quippe cultu virtutis allicit nitide: & inventi prudentia, detrahendo vestis speciositatem; supplantationem queri, sed non virtutem.

3 Ut ostenderet cognovisse quaestiois intuitum, & animum virulentum, Christus alia quaestione respondit, & illi dixit: Iste quid scriptum est? Quomodo legis? Legisperito lectionem demonstrat, ut officio proprio incumbat; quandoquidem ius in caulis saepe dicit, qui leges nescit, vel qui legere non didicit. Non sufficit, quod in lege sit scriptum; si non legitur, quid scriptum in lege: igitur haud plorarentur tot sollicitissimi regiminis, modo iudicari legent leges: & dum instruit Christus Iurisconsultum, interrogat quid lege latum, & quid ab illo lectum; quippe minime discernerent acta legis in subfellijs tribunalium, sine lectione decretarum legum.

4 Ut iudicaretur orbis, apparuit iustus index cum caelestibus ministris: & cum iudicium sedit, etiam libri aperti sunt. Si Deus cognoscit causas & acta iudicandum, ad quid librorum apertio? Ut sedeat iure iudicium. Haudquaquam quia opus lectione libri aperti, sed ut eo ordine quo factum in caelo, iudicium causarum stabilizetur in mundo: siquidem non iusta rationem tenor fulminabitur sententiarum, si iudices libros in sententias non aperuerint. Iudicium sedit & libri aperti sunt. Patet ad sententiam lex: igitur tunc iudicia perfecta, si libri

Tom. II. Taut.

legum aperiantur folia. Ex actis constat factum iure discutendum, ex libris ius in acta dicendum. Iudicium sedere, est iudicio conformari: & sedet etiam in damnato iudicium, cum apertione librorum; quoniam tunc cogitatur vel in cruciamine, sententiam non latam a iudice, sed a lege. Ex actis resultat criminis culpa, ex libris criminis poena. Queruntur interdum sistentes tribunali iudicio, ex eo quod non lex illos damnet, sed affectio: & iudicium sedet etiam dum sententia torquet; vidente reo se damnatum a crimine, & non a iudice. Libri aperiantur, ut liqueat quicquid & quo iure in tribunali decernitur: quandoquidem suffragium clausis libris, est sententia clausis oculis.

5 Adhuc restat in iudicio maius praedictum, pro prudentia sententiarum. Sedes in iudicium mundi posita erat in caelo, iudex in throno, in cuius dextra erat liber legum, ut observat hic ex multis Alapide. Liber legum, quia sine legum libris non est cognitio causarum, ubi iudices, etiam in throno erant Seniores, & animalia simul in subfellijs. Hec apparatus tribunalis. Verum Nemo ex his poterat aperire librum, neque respicere illum. Et ego stebam multum: inquit Ioannes. Iure lachrymatur, ubi ordo tribunalis ita videtur, ubi caute erant, libri erant; iudices erant; verum quasi iudices non essent nec libri, nec caute: etenim plorabile, quod munus iudicandi, qui libros non poterant intelligere, nec legere. Quam ex tribunali recta sententia, ubi etiam iudebant animalia?

6 Flebat Ioannes, flebat, quia illo tempore nullus poterat in senatuconsultum aperire, nec legere librum. Constituitur iudicium conventus, ut iuxta leges latas, lectas & cogniticas proferant iuste sententias. In libris scitur mens Legislatoris, qualitas criminis vel virtutis, ut iuxta leges & acta decernant suffragia vel supplicia vel praemia: & quamvis haec omnia sint in obiecto tribunalii, patent Ioanni modestitudini; quippe sane instantia fors (dum congruit dicere ius) quod in consilio alij ex iudicibus librum praesentio nequirent legere; & alij quia animalia ignorant aperire. Datur iudicatura, ut testes iudicentur, neququam ut tempus in tribunali teratur. Alia conantur iudices, illi quod adipiscuntur tribunalis sedes: ploraturque merito procrastinitate causarum, ex ignorantia, & obicibus iudicium; quandoquidem propter importuna ministerio (dum urget legum & lictum cognitio) sedentibus ad iudicandum in tribunali, non vacat, librum vel aperire vel legere. Hinc Legisperito

Et qui huiusmodi iudicium fuerit natus, perit.

Non est exitus a iudicium, nisi perit.

Tunc iustitia sententia si a lege iudicatur & non a iudice.

Classis iustitia sententia clausis oculis.

Alapid.

Apoc. 7. 14.

Plorabile munus iudicis sine in religione legis.

Et qui huiusmodi iudicium fuerit natus, perit.

Non est exitus a iudicium, nisi perit.

dicit Christus, quid in lege sit, & an legerit iuste quidem peperam causam dirimentur litigantium sine crebra lectione latorum legum.

Ubi sup

Nostro ergo proposito. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ad quid interrogat de lectione, dum constat textus esse legem? Legisperitus erat, in quibus sepe lex non a lege, sed a lectione & glossate: & ut sententia sit sana, Iurisconsulti expectatur legis intelligentia; etenim ius non dicunt præter leges iacent, sed præter non displicent. Non præter decreta sanciant, sed præter intelligunt, quia illorum stulta intelligentia est in violabilis lex, & lex clara illa causa non est ius: proponunturque meditantur tenor legis, & intelligentia lectionis; quoniam causæ haud deliberandæ secundum glossam lectionis, sed iuxta tenorem legis. Leges interpretantur nequaquam iuxta legem, sed iuxta affectionem. Iudicat iuxta legem,

Quoties bonus atque fidus Iudex honestum pretulit utili, & Reiecit alio dona nocentium Vult, & per obstantes ceteros Explicit sua victor arma.

Horat.

Ut canit Horatius lib. 4. Od. 9. v. 40. Præferunt utilia honestis, leges exoriant, aptius dicam, commissenturque glossis: & inquit Christus de lectione & lege; ut lectio sit iuxta legem, & non lex iuxta lectionem. Inutilia sunt ad dirimendas causas, quæ affectiones habent legibus contrarias intelligentias: igitur plerumque affectu non lege ducti, dum leges Iurisconsulti vident cæci, alia legunt, & leges contraria dicunt, facta lege ex lectione, & iustitia faucia iudicij vulnerare.

Nullam causam invenit Pilatus in actis Christi, obiectis strepitum in tribunali. Ubi non causa non lex, quippe iusto lex non posita. Utique, sed est affectionibus & lex & causa: unde criminatores dixerunt: Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori. Quanam igitur lex? Quanam ut iuxta legem iudicium decernat causam? Ipsi dicunt: Legem nostram. Lex si illorum, nullum habebat auctoritatem, quoniam illorum criminaciones contra legem. Quare si legem non asserunt, propriam, quasi legem dicunt? Quia non erat lex, & lex erat. Erat lex iuxta illorum lectionem, verum illorum lectione atque interpretatio contra legem. Alia leges iudicabant, & alia Iurisperiti intelligebant. Haud apertam intelligentiam legi, sed legem retorquebant pro intellectione: & legem habebant & non habebant legem, dum Salvatori obiectabant blasphemiam crimen; quia non intelligebant præter iacebat in libro, sed præter volebat affectu.

Non lex iuxta iuxta opinio, sed opinio iuxta iuxta legem.

Ioan. 19

Suspensio legis interpretatio, quam exponit affectu.

Deinde. Magis astruere iustitia, modo allererent contra Dei legem perpetrata scelera. Cur ergo non dicunt eum mortis iuxta legem latorum, sed duntaxat iuxta legem propriam? Quia quæcumque affectione sanciant, plant iuxta legem sunt, sed non iuxta legem Dei. Legem Domini dicerent, si illam sequerentur legem; & legem a Deo per Moysen populo sanctam, designant ut legem propriam; quia conabantur, nihil virtutis habere Domini leges, nisi ut expositæ ab illis: siquidem minime urgebat in iudicium legis sanctio, sed sanctionis expositio. Hæc erat lex propria, illa divina: propria, interprete affectione odij infatiabilis: divina, pro patrocinio innocentis: & legem exponunt, ubi Salvatorem crucifigere conantur; ut prævaleret lex interpretum propria, sub legis divine meditata larva. Verum quæ lex? Dicit Blesensis Episc. 25. Officium hodie est, iura confundere, non lites sopire; sed suscitare, transactiones rescindere, dilaciones innectere, suppressere veritatem, fovere mendacium, quæstum sequi, æquitatem vendere, inbiare actionibus, versutias concinnare &c. Patrio idiomate: Leves de la trampa. Sunt supplantationes leges, quippe Iurisperiti in legibus & ex legibus concinnant supplantationes. Non sunt iuris atque iustitiæ declaratio, sed confusio, seu everio: quippequam utilitate exponunt legem; lex tantum dicit iuxta iudicis affectum, vel infestam voluntatem.

Intende. Impius prævaleret adversus iustum, & ideo egreditur iudicium perversum: ceterum homo, cum in honore sedet, non intellexit; vel noluit intelligere, ut bene ageret. Via iniquitatis iustitiæ odiosa, quoniam in averfaretur ratio, deficeret a iustitia. Iniqui vita lues Republicæ actibus, moribus, conversatione, studium iudicium, & vexatio proximorum. Hæc via illorum scandalum ipsis iudicibus; morum relaxationem contemplantibus; sed licet intercesserit scandalum, postea in ore suo complacunt. Quo pacto idem modo iure placet quod iure displicuit? Eadem est via, & variatur sententia? Idem propudium improborum, & oppositum iudicium? Pridem magni, modo flocci? Iam innocinium, quod dudum scandalum? Sanè. Ius dicunt secundum affectionem, nequaquam secundum legem: & modo celebrant in laudem crimen; quoniam legem fecerunt affectionem. Lex est iuxta iudicium placitum, nequaquam iuxta decretum: & plaudunt iudices manibus, quæ damnantur legibus; haud quia convulsus est impius, sed affectus. Hæc æstuat in illum

Et pro se obijciatur expositio.

Blesens. Exercitia officium iudicium, & advocatorum qualitas.

Plal. 48

Iuxta affectionem variantur leges.

Interpretes legem e-ruditionis utilitatem

Propert.

Divid.

Dicunt leges, quod volunt iudicis.

Matth. 10. 9. Marc. 8. 2a

Mens peritio sequentis sicut esse in scriptura iuxta sensum proprium.

iustitia, hodie pro illo sunt iuris decreta. Non mutata sunt leges, sed affectiones: & aptius quam Ulpianus & Vopiscus, leges meditari aureus. Iudicatur per quod iudicatur, non quid iudicatur. Iudicatur legibus utilitatis, non utilitate legis. At nunc desertis præstant sacra iura lucis, Aurum omnes vultu iam pietate colunt. Aurea nunc verè sunt sacula, plurimus auro Venit bonus; auro conciliatur amor. Auro pulsa fides, auro venalia iura, Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor. Succinit Propertius lib. 3. Eleg. 13. & Ovid. lib. 2. de Art. qui lib. 3. Amor. Eleg. 7. proposito accipit. Curia pauperibus clausa est, dat sensus honores, Indo gravis iudex, indo severus eques. En causæ. Ecce leges. Hinc qui iudicibus scandalum, posita in ore suo complacunt; quoniam non iuxta leges, sed iuxta utilitates iudicium. Lex stat. Verum non placet iuxta legem iudicare; sed iudicare quod placet: non est voluntas iudicij nisi in quod voluntas tendit. Nolunt iudicare, sed iudicare quod volunt: astruuntque legibus, affectionem interprete, in favorem, quæ perspicue damnant atque merito nocentem; igitur dicunt pro sententia iuris leges, quicquid volunt iudices.

Scrutemur normam pro iure dicendo, expositam, Apostolis iudicibus factis, a Christo Domino. Nolite præcipit possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Hæc apud Mattheum; apud Marcum enim invenies: Præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, sed calceatos sandalis, & ne induerentur duas tunicas. Facile dissolvitur antilogia: hic dicitur, quod procedant in annunciationem Evangelij scipione, tunicati & calceati; & ibi sine calceamento, & sine baculo: siquidem iuxta morem Scripturæ subintelligitur in sequenti, quicquid & modo quo exponitur in sententia priorè. Sæpe videtur in negatione. Pauca exempla subscribam, quia aliquando latè in expositione literali Tautologiarum. Prov. 30. 3. Non didici sapientiam, & (id est, Nec) scientiam sanctorum novi. Psalm. 142. 7. Non avertas faciem tuam a me, & similis ero descendenti in lacum. Mai. 63. 9. In omni tribulatione non est tribulatus, & (Nec) Angelus faciei eius salvavit eos. Per Ecclipsin, aut Synopen. Unde claret sensus sine contradictione: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque calceamenta, scilicet, bina, ne-

que duplicem virgam &c. Ita canit Iuvenius lib. 2. de Eoangel. Histor. v. 445. Non auri, argenteo domes possessio mentem, Nec vos numerorum subigat scelerata cupido. Non gemmas vestes, nec plantis tegmina bina. Virtuti nude capiat servare minister. Hæc de litera pro analogia intelligentia: modo obseveremus singula pro iudicium forma.

Prædicare illos Evangelium aut legem gratie iubet, infirmos curare, mortuos suscitare, leprofos mundare, demones eijcere, & tradens virgam in ostensionem virtutum, & iustitiæ ministerium, monet despicieandum aurum. Si huiusmodi mala signant haminum scelera; nequaquam florente auro vitia exterminabuntur, sed inolebunt; quandoquidem dum infirmi iustitiæ virgæ saluti restitendi, resuscitandi mortui, leprosi mundandi, demones expellendi; auri pondere curvo scipione iustitiæ, valentes cadunt, sani moriuntur, leprosi sunt principes, & introducuntur demones. Nota. Nalite possidere aurum, neque argentum, neque virgam. Virga symbolum est iustitiæ: & habere inhibet cum amore argenti & auri; quippe si huiusmodi affectio irrepit in corda, vel in perspicua causa non potest esse iustitia: unde opus est vel virgam proijcere, vel divitias non amare; siquidem ubi lex a cupiditate exponitur, virga iustitiæ proculdubio reflectetur.

Neque virgam. Marcus verò: Nisi virgam tantum. In virga iustitia designatur: & ubi tribunal pro iustitia habetur; haud iudicare debet aurum vel argentum, sed virga tantum. Si aliquo intuitu præter debitum legis, interpretatur illarum præscriptiones; non est virga iudicaturam signantis, sed affectionis interpretis: igitur dum sedet pro tribunali, tantum debet esse virgæ iustitiæ, non amicorum; legum, non utilitarum; etenim nisi tantum virgam respexerit in obiectam causam; nec in virga quam habet, habebit virgam.

Neque virgam ad iudicium. Nisi virgam tantum. Qua lege intelligitur præceptum? An quia docilibus exhibenda clementia, & superbis tantum virga? Indicat Gloriosus Legislator Benedictus Regul. Sanct. cap. 2. Dirum magistri, pium patris ostendat affectum: id est, indisciplinatos & inquietos debet durius arguere, obediens autem & mitis, ut in melius proficiant obsecrare: etenim stemma iusti nobile iudicis:

Parcare subiectis & debellare supervos. Habere virgam & non habere debet. Habere ro & non habere, claret impossibile. Non est, igitur sæpe iudices non iudicant in se-

Seduli

Leges utilitatis, vanorum peccato, res de manant innocenter.

Virga in iustitiæ curvat ut plantat.

Sit in iudicio in iudex tantum iustitiæ sig.

S. Reg. 4



natu per causas, sed per personas. Leges haud contemplantur, neque exponunt iuxta acta reorum, sed iuxta auctoritates delinquentium. Virgam ferunt tamquam iustitiae signum: & multoties ferunt & non ferunt; quoniam ferunt in pauperes, sed non in divites. Virga iustitiae non est Lesbia regula, sed adamantina, adinstar Ezechielem inter terram, & caelum consulto posita, quam nec movet fursum celsitas, neque deorsum humilitas. Nec ascendit, nec descendit, ubi ius dicit; etenim causas & non personas agnoscit. Haudquaquam flectitur precibus, nec curvatur auctoritatibus; etenim virgam solummodo fert, ut causarum promat ius: iudicesque ubi intuitu peculiariter exhibent leges, virgam non ferunt portantes; quippequam propter poenam venerantur pauperes iustitiae virgam: verum potentes vel criminibus palam, fiducialiter rident, quasi virgam ministri non haberent.

14. *Virgam tantum. Neque virgam.* Informatur Apostolatus ut clareat qualis legum usus & abusus, & sit in iustitia modus. Virga adstringit iudex subditos legibus, ne declinet ab iniunctis obligationibus, quippe sine virga potestatis rationali timore, viverent proculdubio sine lege. Ferre virgam, est exequi quod iustitia iudicat; non ferre, omittere iudicata: & potest ferre & non ferri, dum iudicia vacant ab executione; siquidem iustitiam proterit crimen, quasi in vindictam virga non haberet potestatem. Virga tantum portanda est, ut qui iudex, iustus sit. Si affectio in causis intermittitur, virga tantum non portatur. Iustitia erit iuxta leges, affectio iuxta iudicantium opinionones: & virga tantum in causis ferenda, modo exequenda iustitia; quippe iudex, perperam iudicabit, nisi quod iuxta leges tantum iustitia decreverit: etenim tunc iura fulminantur leges, & non iudices.

15. *Virgam tantum:* id est, non duplicem, ut vidimus, virgam, sicut nec binam tunicam. Quid quod duplex sit virga iudicis, si occurrunt peccata commissio- nis, atque omissionis? Virga duplex est fallax, quippe abominabile pondus & pondus, mensura & mensura. Duplex virga est signare in aqua iustitia decreta iniqua, quia inaequalia; cum iudicatur secundum auctoritates reorum, & nequaquam iuxta aequalitatem legum, humilibus habens unam, Magnatibus legem aliam. Respe- ctus in sententijs atque suffragijs iudicium, est ruina legum: & prohibet Christus in causam, duplicem portare virgam; quippe

Iustitia respectiva non iustitia.

Ezech. 8. 3. Sit im mobilis.

Venerantur pau- peres, spernantur divites.

Iustitia sine pro- fectio, non feritur.

Iudicent leges, nequaquam opiniones

Iustitia omnibus aqua.

tunc iuste decematur causa, si iustitia decernens omnibus aqua.

16. Ideo duplex prohibetur tunica & duplex virga. Sicut virga est signum potestatis, ita tunica est symbolum intentionis. Tunica exterior est legis inviolabilis praescriptio. Tunica autem interior iudicantis affectio: & ubi Christus tradidit in virga iudicariam potestatem, interdicit iudicibus tunicam duplicem; quoniam lites dirimenda iuxta leges, nequaquam iuxta affectiones: secundum iura clara que patent oculis, haud iuxta affectiones, quae latent in corde iudicis.

Denique. In his verbis clarescit maiestas iustitiae & Principis. Duplex virga dupliciter legem respicit, proterendo quam statuit. Cogitat non quae lex, sed quo modo aptanda sit. Intuetur peccatorum fides, & non transgredientium leges. Unica fatigat de tenore legum, ut faciat recte iudicium. Duplex cogitat discrimina longa inter propria acta & aliena. Unica eandem sibi & reliquis respicit legem: & Christus ferre vetat virgam duplicem; quia ius non est, quod aliam legem sibi, qui iudicat habeat, quam qua ceteros iure severe iudicet. Vernaculi: *No es razon, una ley para si, y otra para los demas.*

17. Infelix femina sinitur Christo, quae modo deprehensa fuerat in adulterio. Moy- ses praecipit huiusmodi lapidari. Quid ergo, dixerunt Servatori N. Pharisei, promes ex iure? Brevi sententia. *Qui sine peccato est vestrum primum in illam lapidem mittat.* Subtrahunt diabolo hi criminosi & criminatores officia, ut impleant hypocritis tribunalia: etenim arte in adulterium induxerunt mulierem, ut post factum accusarent. Proinde iudex, quem nihil later, protulit: Qui vestrum a culpa vacat, primum in miseram lapidem mittat. Cur ergo Christus suffragatur indulgentiae, parcendo feminae criminis, si crimine iuxta legem debet mori? Debet mori scelere iuxta leges, sed eodem crimine obstricti erant iudices, feminae criminatores: & Christus feminae crimine absolvit, quam lex lapidandam iure decrevit; quoniam ius non erat, quod lex unica aliter iudices exponeret sibi, & aliter inique interpretarentur feminae. Ius est, quod poena pereat, quae prius culpa, & legis transgressione perijt verum extra legem, cum iudex officium accusatoris admittit. Ius est, quod puniatur peccatrix, attamen non ius, quod a peccatoribus: ius, quod luat abunde penas criminis, ceterum nequaquam per legis praeva-

Iustitia personam haud iustitiam occultam intendunt.

Lex divina sibi & alij non est lex.

Joann. 8. 7. Unde in multis hominis officium demeruit

Ius respectivum inest iudicem & iudicandum, non nisi per personam.

Leges ut fractus maris.

Mali damnat nocentem, idem bene criminat.

S. Ben.

Ovid.

Iuven.

riae: etenim in se & femina eandem respicientes causam, portabant virgam, & virgam. Non debent leges esse sicut fluctus maris, qui in mari formantur, & ibi franguntur. Hinc pro iudicio detonat procella vel commotio, qua iustitia summergitur, quia a ministris iustitiae virga pro utilitate curvatur. Perperam damnat nocentem idem habens crimen: quantumvis inaitatur praescriptione legis, non est virga directionis cum debeat discere ex damnationis sententia, quo modo a se expellenda sine crimina. Astruit Dux N. Benedictus ubi supr. *Cum de alienis ratiocinij caret, redditur de suis sollicitus: & cum de ad monitionibus suis emendationem alijs subministrat, ipse efficitur a vitij emendatus.* Ut ruilet iustitia, *Sit sine labe toga.*

Non potest ullam auctoritatem habere sententia, ubi etiam qui damnandus est, damnat. Audite vel Ethnium Satyr. 2. v. 68. *Nudus agas. Minus est infamia turpis. En habitum quo te leges, ac iura ferentem. Quid non proclames, in corpore iudicis ista. Si videas.*

DIDASCALIA V.

Detractio lethaliter tres inficit uno statu.

Bernar.

1. Sententia & gnome insignis Melisii Doct. de *Modo bene vivendi* cap. 17. Quid faciet ictu, qui ita virulentus statu? Quantum & quale in ceteris vulnibus, si se tollit bibendo vomitum virus: *Quid tibi vitandum* (ait Seneca Lucilio Epist. 7.) *praecipue existimes, quaris? Turbam. Ego certe confiteor imbecillitatem meam. Numquam mores quos extuli, refero. Aliquid ex eo quod composui, turbatur: aliquid ex his quae fugavi, redit. Quod agris evenit (quos longa imbecillitas usque eo affectit, ut numquam sine offensa proferantur) hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo rescivunt. Inimica est multorum conversatio. Nemo non aliquod nobis vitium, aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus allinit. Quid verius? Experientia docet, quam vera dicit: siquidem unico verbo se virulentum ostendit, audientis officit, & abscindit interimit.*

Piores a conversatione eximus, quae introimus. Senec.

Levit. 16. 17.

2. In fumo incensi figurabatur apud Hebraeos abolitio peccatorum. Unde in festo expiationis dicitur: *Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur.* Cur igitur fumus & non flamma est expulsiōnis iudicium, si charitas multitudinem operit peccatorum? Haud in callum domus repleta est fumo, ubi scias emundandus erat a peccato: etenim si fumus sententionem oculorum impedit, & lachrymari facit; apertis peccata plorantur, dum non videntur. Fumo replentur domus, quando a poenitente confitendus est lapsus, & *Vae mihi* praedolores siquidem tunc auferunt iniquitas. quum fumo doloris, qui deliquit in lege, fugit ad lachrymas. Crimina delet sine ambiguitate poenitudo, sed ingreditur poenitudo sub silentio, quod comitatur verecundia facti, representantis vivide crimen, dum intuetur etiam erga delinquentem pro murmure charitatem: & ubi agendum de Propheta peccato, domus tota est plena fumo, lumen oculorum impediens, ac lachrymas excitante; quoniam in crimina deleantur non curiosè inspicienda, sed deploranda: etenim plura peccata delerent: si qui vident, absconderent, & plorarent. *Vestimentum ad induendum:* dicit Iacobus. Iure. Hoc est vestimentum charitatis. Non ad induendum est vestis detractoris: igitur si charitas videt peccata, ut abscondat; detractor abscondit, ut ostendat. Illa operit vulnera, & demonstrat bona: hic abscondit veste bona, ut patefaciat vel curata vulnera.

3. Purpura apud Aegyptios signata lingua maledica. Vide Pierium Valerian. lib. 28. cap. 69. Nec abs re. *Lingua purpura* (inquit Plinius lib. 9. cap. 36.) longitudine digitali, qua pacitur, perforando reliqua conchylia. Tantra dysritia aculo est. Pudet, quod quae sanguine praclaro nitet, haud habeat linguam, nisi ut reliqua perforet, & dum in lingua claret sanguinis pretium, pro lingua ostendat aculeum: verum luit poenas per proprias iras. *Purpura captiva* (ait Pierius ibid. cap. 70.) *in hunc sapiens efficitur modum. Strombus piscis includitur hunc avidissimè captas purpura, quem simulac illic oculos claudit, inserit per nassa iuncto lingua, cum assequi contendit, dumque ille volutatione laetatur, ea magis ac magis lingua protendit: accidit verò ut in eo conatu tumescat, ut nulla eam extrahendi copia relinquatur, atque ita detenta per linguam captiva fiat.* Observa vividam analogiam inter detractorem & purpuram. Haud potest refugere lingua ictus vel pisciculus oculus: imò ut pingat, non expectat quod agnoscat: fati illi, quod olfaciat. Punget profecto si obviaverit; & aculeum insiget, quia recessit. Nisi transit, quod

Isai. 6: 4.

Melins peccata delens ubi absconduntur.

Peccata aliena non curio se inspicienda, sed deploraanda.

Gen. 28. 20.

Discrimine inter vestem charitatis & detra- ctorem.

Pier Val. Plin. Quare detractor conferretur purpurae

Pier Val.

Captura utriusque.

Lingua detractoris cruci- ditia.